

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Oratio alia S. Xaverii.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

Solide devotionis exercitia. 61

Sublimis sanctum providum - Amore gratis pro-  
seguar.

Te Christe te Fili Dei - Te Virgo, proles virginis  
Mansuetate, fortis, innocens - Dignate pro nobis mori  
Gratis merentem diligam;

Oratio alia S. Xaverii.

A Terne rerum omnium effector Deus, me-  
mento abs te animas infidelium, hæreti-  
corum & peccatorum procreatás, easque ad  
imaginem & similitudinem tuam conditas. Ecce  
Domine in opprobrium tuum his ipsis infernus  
impletur. Memento JESUM Filium tuum pro  
illarum salute atrocissimam tubiissè necem. Noli  
quæso Domine ultra permettere; ut Filius tuus  
ab infidelibus contemnatur: sed precibus san-  
ctorum electorum tuorum, & Ecclesiæ sanctissi-  
mæ Sponsæ ejusdem Filii tui placatus, & obli-  
tus idolatriæ, obstinatæ hæresis, & deterri-  
mæ ingratitudinis eorum effice; ut & ipsi ali-  
quando agnoscant, timeant, ament ac revereant-  
tur, quem misisti D. N. JESUM Christum, in  
quo est salus, vita & resurrectio nostra, per  
quem salvati & liberati sumus: cui sit gloria per  
infinita sæcula sæculorum, Amen.

Possunt etiam decerpī ex Missali (quia s' ut s' p' dico, magna est fiducia ponenda in communibus  
toti Ecclesiæ precibus) Collectæ variae, v.g.

O Mnipotens sempiterne Deus, qui vivorum  
dominaris simul & mortuorum, omnium  
que misereris, quos tuos fide & opere futuros  
esse prænoscis. Te supplices exoramus, ut pro  
qui-